Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5026
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">

nas suas in corde suo. et scan
dalum iniquitatis sue statuerat
b contra faciem suam et venerit ad
prophetam interrogans per eum me. ego
dominus respondebo ei in multitudine
immundiciarum suarum. ut capiat
domus israel in corde suo quo re
cesserunt a me in cunctis ydolis
suis. Propterea dic ad domum is
rahel. hec dicit dominus deus Con
vertimini et recedite ab ydolis
vestris. et ab universis contamina
cionibus vestris avertite facies
vestras. Quia homo homo de do
mo israel et de proselitis quicumque
advena fuerit in israel si alienatus
fuerit a me et posuerit ydola
c sua in corde suo et scandalum
iniquitatis sue statuerit contra
faciem suam et venerit ad prophetam
ut interroget per eum me. ego dominus
respondebo ei per me et ponam
faciem meam super hominem illum. et
faciam eum in exemplum et in pro
verbium. et disperdam eum de me
dio populi mei. et scietis quia ego
dominus. Et propheta cum erraverit et locu
tus fuerit verbum ego dominus de
cepi prophetam illum et extendam
manum meam super illum. et delebo
eum de medio populi mei israel. et por
tabunt iniquitatem suam iuxta ini
d quitatem interrogantis. sic iniquitas
prophete erit. ut non erret ul
tra domus israel a me neque pollu
atur in universis prevaricacionibus
suis. sed sit michi in populum et ego
sim eis in deum ait dominus exerci
tuum Et factus est sermo domini ad me
dicens. Fili hominis terra cum pec
caverit michi. ut prevaricetur prevari
cans. extendam manum meam super
eam et conteram virgam panis
eius. et immittam in eam famem. et
interficiam de ea hominem et iumentum
Et si fuerint tres viri isti in me
e dio eius Noe daniel et Job. ipsi
iusticia sua liberabunt animas su
as ait dominus exercituum Quod si et
bestias pessimas induxero super
terram ut vastem eam et fuerit
invia eo quod non sit pertransiens propter
bestias. tres viri isti si fuerint
in ea. vivo ego dicit dominus deus
quia nec filios nec filias libe
rabunt. sed ipsi soli liberabuntur
terra autem desolabitur. Vel si gladi
um induxero super terram illam. et
dixero gladio. transi per terram. et
interfecero de ea hominem et iume
f tum. et tres viri isti fuerint in
medio eius vivo ego dicit dominus
deus non liberabunt filios neque
filias. sed ipsi soli liberabuntur. Si
autem et pestilenciam immisero super
terram illam et effudero indignaci
onem meam super eam in sanguine
ut auferam ex ea hominem et iu
mentum. et Noe daniel et Job.
fuerint in medio eius. vivo ego
dicit dominus deus. quia filium et fili
am non liberabunt. sed ipsi iusticia
sua liberabunt animas suas quoniam
hec dicit dominus deus Quod et si quatuor iu
g dicia mea pessima gladium et famem
ac bestias malas et pestilenciam im
misero in iherusalem ut interficiam de
ea hominem et pecus. et tamen relin
quetur in ea salvacio educencium
filios et filias Ecce ipsi egredientur
ad vos et videbitis viam eorum et
adinvenciones eorum. et consolabimini
super malo quod induxi in iherusa
lem in omnibus que importavi super eam